

quovis capite a jure, vel facto, aut statuto, consuetudine, vel privilegio resultante notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, & facti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse: sed ipsas presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliove quoslibet quacumque præminencia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, legibus quoque etiam Imperialibus, & municipalibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis præfatis, & aliis quibusvis personis etiam quacumque dignitate fulgentibus, & quomodolibet qualificatis a Sede prædicta ex quacumque causa etiam per viam contractus, & remunerationis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Cum autem eadem presentes literæ in prædicta Civitate Januæ, aliisque locis ad rationem

ejusdem Reipublicæ subiectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum est, & nobis notorie constat, prout harum serie declaramus: Volumus illas, seu earum exempla ad v alias Ecclesiæ Lateranens., & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde artare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatum, & personaliter intimatè fuissent; Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die III. Decembris MDCCXII. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CLXXVII.

Conceduntur Privilegia Capellanis Communibus Sanctitatis Sux. Dat. 7. Dec. 1712. An. 13.

Similia Privilegia concessa fuere ab Inn. XII Const. ed: 1693, Dec. 14, P. 3. Et conceduntur ab Inn. XIII Const. ed: 1721, Jun. 17, P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

G Rata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Joannes Alexander de Marinis Pisaren. Dicecesis, Carolus Mariani Romanus, & Augustinus Colangeli Spoletan. Dicecesis Presbyteri moderni Capellæ nostræ Pontificiæ Capellani familiares nostri nobis, & Apostolicæ Sedi hæcenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt; necnon vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas, tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Hinc est, quod nos volentes (Reliqua vide Inn. XI Const. ed: 1680, Aug. 2, P. 1.)

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VII. Decemb. MDCCXII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CLXXVIII.

Conceditur Indulgentia plen: perp: pro Ecclesiis Fratrum Prædicatorum in festo S. Pii V. Dat. 3. Jan. 1713. An. 13.

In Bulla Canonizationis ed: 1712, M. J. 22, P. 12 extat alia Indulgentia. Et Bened. XIII Constitut. ed: 1725, Apr: 24, P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

R Edemptoris, & Domini nostri Jesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ nobis reli-

Ad futuram rei memoriam.

E Xponi nobis nuper fecit dilectus Filius Antoninus Cloche Magister Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum quod cum in Sinarum Regnis inviolabilis mos vigeat, quod Ecclesiæ Christianæ, tam respectu sitas, quam Mulierum, inter eas, & Viros distinguantur, itaut nec Viri ad earundem Mulierum Ecclesias, nec prædictæ Mulieres ad illas Virorum accedere valeant, ipse Antoninus Magister Generalis, ne Mulieres hujusmodi a participatione Indulgentiarum Sanctissimi Rosarii, cujus Confraternitates in Ecclesiis Virorum erigi, illarumque erectio a Constitutionibus Apostolicis in una dumtaxat Ecclesiæ cujuslibet Civitatis permitti solent, excludantur, easdem Indulgentias etiam ad Ecclesias prædictarum Mulierum, quarum non minor est erga idem Sanctissimum Rosarium devotio, per Nos extendi plurimum desiderat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§.1. Nos igitur ipsum Antoninum Magistrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Eccles. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, eidem Antonino Magistro Generali, ac ei, quem ipse in illis Regionibus delegaverit, facultatem erigendi in eodem loco unam pro Viris, & alteram pro Mulieribus Confraternitatem Sanctissimi Rosarii, cum declaratione, quod tam Viri, quam Mulieres eisdem Sanctissimi Rosarii Indulgentiis in eorum respectu Ecclesiis frui possint, & valeant, auctoritate Apostolica, tenore presentium, concedimus, & indulgemus: salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.2. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, presentibus pro plene, & sufficienter

reliquit, exemplorum festatores altis decoravit honoribus, & Celestis beatitudinis consortes effecit, vices, licet immeriti, gerentes in terris, Spiritualium munerum Thesauros, quorum Nobis credita est dispensatio, libenter erogamus, sicut ad excitandam, & fovendam erga eosdem Beatos Cæli incolas Fidelium devotionem, salubriter expedire in Domino arbitramur.

Causæ Concessionis.

§.1. Cum itaque nos nuper ad honorem Sanctissime, & individue Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ Fidei, & Christianæ Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma Urbe nostra tunc existentium consilio, Beatum Pium PP. V. Prædecessorem nostrum, qui in minoribus constitutus, religiosam vitam in Ordine Fratrum Prædicatorum professus fuit, auctoritate nobis a Domino tradita, Sanctum esse decreverimus, & definiverimus, illumque Sanctorum Catalogo solemniter ritu adscripsimus; Hinc est quod nos ad augendam Fidelium Religionem, & Animarum salutem, celestibus Ecclesiæ Theauris pia charitate intenti, ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis, vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communionem receptis, qui aliquam ex Ecclesiis quoruncumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum Regularium tam Fratrum, quam Monialium Ordinis prædicti hæcenus erectis, & in posterum quomodocumque erigendis, & ubicumque Locorum existentibus, die 5. Maji festo ejusdem Sancti Pii a primis Vesperis usque ad occasum Solis festi hujusmodi annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concessio d. Indulgentiæ die 5. Maji.

Clausula.

§.2. Volumus autem, ut ipsarum presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIII. Januarii MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CLXXIX.

Dat. 25. Febr. 1713. An. 13.

Conceditur Magistro Gen. Ordinis Prædicatorum facultas erigendi in Sinis in eodem loco alteram Confraternitatem SS. Rosarii pro Mulieribus cum solitis Indulgentiis.

Inn. XI Const. ed: 1679, Jun: 15, P. 3 confirmata fuere omnes Confraternitates SS. Rosarii. Et Bened. XIII supprimitur Confraternitas Cappæ SS. Rosarii Anconæ Const. ed: 1726, Jul: 17, P. 3.

Preces Magistri Gen. & causa Concessionis.

Concessio d. facultatis.

Clausula.

cienter expressis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscat. die XXV. Februarii MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CLXXX.

Declaratur, & decernitur pertinere ad Congregationem Clericorum Regularium Minorum Cathedra in Archigymnasio Romano, & Officium Consultoris in Congregatione Indicis.

Reverendiss. Card. Camerlengo.

Ab Alex. VII. si concessum fuit, sed nullum monumentum edictum. Causa praesentis Declarationis, seu Chirographi, & praesentis Clericorum. Declaratio, & Decretum praed. C. I. hanno fatto rappresentare li Chierici Regolari Minori, che la sel. mem. d' Alessandro VII. nostro Predecessore aggradendo la prontezza, con cui li consegnarono la celebre Libreria, che la chiara memoria di Francesco Maria della Rovere ultimo Duca di Urbino aveva lasciato loro per la Casa del Crocifisso d' Urbana, trasportata poi, ed a commodo, ed utilità publica collocata in questa Sapienza di Roma, li aggraziassè in perpetuo, non solo ivi d'una lettura perpetua, ma anche d' un luogo di Consultore nella nostra Congregazione dell'Indice de' Libri proibiti, e sebbene da esso Pontefice non ne fosse positivamente seguita la grazia per aver già cominciato ad infermarli, tuttavia ne abbino sempre goduto l'effetto, e venga sufficientemente giustificata, coll'attestato del fu Monsignor Marc' Antonio Bucatti, e di Gio: Matteo Hairone, mandati dallo stesso nostro Predecessore a prendere la detta Libreria; Onde gelosi, che col progresso del tempo non potesse perdersi la memoria di una grazia, che tanto qualifica la loro Religione, ci supplicavano, che volessimo allucurar glieli con qualche atto positivo della nostra Apostolica autorità; Noi dunque volendo secondare l'intenzione del suddetto Pontefice Alessandro espressamente riferita dalle soprannominate persone già defunte, e degne di tutta la fede, e comprovataci dalla suddetta osservanza giamai da quel tempo interrotta, specialmente perchè sempre rilevi la Pontificia gratitudine verso la detta Religione, siamo ben volentieri condescesi com' appresso all'istanza; E però col presente Chirografo, in cui abbiamo per espressa ogni, e qualunque cosa quantosivoglia necessaria d' esprimersi di nostra certa scienza, e con la pienezza della nostra potestà dichiariamo, e vogliamo, che alla sopradetta Religione de' Chierici Regolari Minori spetti, ed in ogni futuro tempo sia perpetuamente dovuto il luogo, e grado d' un Lettore nella Sapienza di Roma, come pure quello di Consultore,

nella nostra Congregazione dell'Indice, ed ordiniamo a Voi, che quante volte succederà la vacanza del detto Lettore, facciate sempre surrogare altro soggetto idoneo della stessa Religione da deputarsi, ed approvarsi da Noi; Così ancora al Reverendissimo Card. Prefetto pro tempore della detta Congregazione dell'Indice, che parimente riceva sempre un simile Religioso idoneo pure da deputarsi, ed approvarsi da Noi per Consultore d'essa Congregazione, facendogli godere ogni dritto, ed onorificenza, che per tali cariche rispettivamente se gli dovesse, senza che possa da chi sia pretendersi alcuna cosa in contrario per essere così mente, e volontà precisamente uniforme a quella del suddetto nostro Predecessore Alessandro, volendo, e decretando, che questo nostro Chirografo vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la nostra semplice sottoscrizione, nè possa in verun tempo opporlegli di subrezione, obrezione, nè alcun altro vizio, o difetto d' Apostolica volontà, ed intenzione, non ostanti in quello facesse di bisogno le Costituzioni, Ordinazioni, e Decreti sopra lo Studio della Sapienza, e rispettivamente sopra l'erezione della detta Congregazione, la Regola della nostra Cancelleria, de jure quasito non tollendo, ed ogn'altra cosa, che in qualunque modo potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendo il tenore di parola in parola inserito per questa sola volta, ed all'effetto premeffo amplamente deroghiamo. Dato dal nostro Palazzo Apostol. Vaticano questo dì 8. Aprile 1713.

Clausula.

CLXXXI.

Conceditur Confratribus, & Confratribus Beatae M. V. de Monte Carmelo Excalceatorum proprias Ecclesias in una Dominica cujuslibet Mensis Visitantibus Indulgentia a Paulo V. concessa iis qui eadem die solita Processioni interfuerint.

Dat. 10. Apr. 1713. An. 13.

Const. Pauli V. ed. fuit 1606, Oct. 20. Hujus Pontificis Const. ed. 1702, Nov. 24, P. 3. confirmata fuit facultas erigendi Confraternitates. Et Benedict. XIII. Const. ed. 1726 Sept. 6, P. 3. conceditur Indulgentia pro Ecclesiis Italiae, & Hispaniae.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perp. rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus Filius Procurator Generalis Ordinis B. Mariae Virginis de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum, quod alias felic. rec. Paulus PP. V. Praedecessor noster inter alias Indulgentias, & peccatorum remissiones per eum Confratribus, & Confratribus Confraternitatum ejusdem Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo eatenus erectarum, & in posterum erigendarum concessas, omnibus, & singulis Confratribus earundem Confraternitatum, qui vere poenitentes, & confessi, ac sacra Communione resecti, Processioni in una Dominica cujuslibet mensis per dictos Confratres de Ordinarii licentia faciendae devote interfuerint, ibique orassent, septem annos, & totidem quadragenas,

per-

perpetuo concessit, & alias prout in ejusdem Pauli Praedecessoris desuper in simili forma Brevis die 30. Octobris 1606. expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Causa Concessionis, & praesentis Procuratoris Gen. FF. Excalce.

§.1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Processiones hujusmodi in quibusdam Civitatibus, & locis ex certis causis fieri nequeant, ipse vero modernus Procurator Generalis opportune in praemissis per Nos provideri, & ut infra, indulgeri summo opere desideret; Nos supplicationibus ejusdem moderni Procuratoris Generalis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis Confratribus, & Confratribus dictarum Confraternitatum tam haecenus erectarum, quam in posterum ubique locorum erigendarum, ut ipsi in Civitatibus, & locis supradictis, in quibus ob dictas causas praedictis Dominicis Processiones hujusmodi fieri nequeant, ut praefertur, in una ex Dominicis cujuslibet Mensis Ecclesias, in quibus eorum Confraternitates erectae reperitur, visitando, & alia pro consequenda ipsa Indulgentia septem annorum, & totidem quadragenarum requisita adimplendo, dictam Indulgentiam consequantur, quam consequerentur, si Processioni hujusmodi personaliter interessent, auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Concessio d. Indulg. 7 annor. & quadrag.

Clausula.

§.2. Non obstantibus nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§.3. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides habeatur, quae praesentibus ipsis haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscat. die X. Aprilis MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CLXXXII.

Conceditur Derogatio Constitutionum Clem. X. quoad alternativam regiminis Abbatiarum inter Abbates, & Monachos Congregationis Montis Oliveti.

Dat. 12. Apr. 1713. An. 13.

Laudata Constitutiones edita fuer. 1671. Feb. 27. & Jun. 21. de forma eligendi Abbatem Gen. vide Const. ed. 1707, Jan. 28, P. 7. Et Bened. XIII. Const. ed. 1729. decr. 6. P. 6. agitur de Abbatibus Titularibus.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Alias felic. record. Clemens Papa X. Praedecessor Noster supplicationibus tunc existentis Procuratoris Generalis Congregationis Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti nomine sibi de consilio, & assensu bo: mem: Caesaris S. R. E. Cardinalis Facchenetti nuncupati, dum vixit, ejusdem Congregationis apud dictum Clementem Praedecessorem, & Sedem Apostolicam Protectoris super hoc humiliter porrectis

Epitome prioris Constitutionis, quae concessa fuit facultas erigendi 12 Abbates Titulares, juxta praescriptas condiciones.

inclinatus, tunc, & pro tempore esistenti Abbati Generali memoratae Congregationis, unicum diffinitorio ipsius Congregationis duodecim Abbates titulares, nempe duos pro qualibet Provincia ejusdem Congregationis, qui tamen essent aetate quinquagenarii, & saltem viginti annorum spatio lectorum, aut Verbi Dei praedicationem, vel Vicarii, aut Magistri Novitiorum, aut Economica Officia exercendo, Congregationi praedictae laudabiliter interservissent, ita tamen, ut ejusmodi Abbates titulares, nec gubernium Monasteriorum, nec votum, sive suffragium in Capitulis generalibus, nec ullam aliam praerogativam, vel exemptionem, quae Monasteriis onerosa esset, pretendere valerent, sed in Ecclesia saltem diebus festis Missae Conventuali, & Vesperis, ac diebus singulis mane Orationi mentali interesse tenerentur, auctoritate sua Apostolica creandi, ac in defunctorum pro tempore locum alios ex eadem Provincia usque ad complementum numeri duodenarii hujusmodi, & non ultra subrogandi plenam, & amplam facultatem tribuit, & impertitus fuit: Et quia nonnunquam accidebat, ut aliquis Abbas Regiminis dictae Congregationis, vel proprii levamenti studio, vel alterius Monachi merito gratificandi ergo regimen, sive gubernium Monasterii sibi committi alternis vicibus cum illo agere esset contentus, permittit memorato Abbati Generali una cum diffinitorio praedicto ejusmodi alternationes acceptare, & ad usum deducere, dummodo tamen Abbas ad id sponte consentiret, ac in Monacho concurrerent qualitates ad Abbatiam juxta praescriptum Constitutionum dictae Congregationis necessariae, & non aliter: Porro voluit, ut unus tantum eorum, nempe ille, qui Monasterium actu gubernaret, votum, sive suffragium in Capitulo Generali Congregationis praedictae haberet, vacans autem a gubernio in alterius gubernantis Monasterio degeret, nec plus pretendere posset quam Monachus ordinarius praeter titulum Abbatis, & uno illorum defuncto, alter solus remaneret Abbas regiminis quoad diu viveret, vel donec renunciaret: Et subinde porrectis sibi denuo pro parte dicti Procuratoris Generalis supplicationibus benigne annuens, quod illi Monachi, ad quorum favorem fierent renunciationes, sive alternationes hujusmodi quadraginta annis majores, nec Abbatum eadem alternationes facientium, in primo, vel secundo gradu consanguinei esse, sed in Monasteriis, in quibus saltem viginti Monachi residerent, Officiales fuisse deberent, nec ejusmodi renunciationes, sive alternationes ab illis Abbatibus qui essent actu Visitatores, neque in praedictum Officialium actualium, aut eorum, qui fuissent Officiales Monasterii Montis Oliveti majoris dictae Congregationis, ceteris paribus fieri possent, dicta auctoritate statuit, & ordinavit, & alias, prout in binis ejusdem Clementis Praedecessoris in forma Brevis die 27. Februarii, & die 21. Junii 1671. respective emanatis Literis, quarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Epitome praesentis Constitutionis, quae permittit fieri alternationes regiminis inter Abbates & Monachos cum quibusdam conditionibus.

Causa praesentis Constitutionis, & praesentis Abbatis Diffinitorii Gen.

§.1. Cum autem, sicut dilecti Filii moderatus Abbas Generalis, & diffinitores memoratae Congregationis Nobis nuper exponi fecerunt, progressu temporis experientia compertum sit, numerum Abbatum alternationes hujusmodi facien-

cientium Monasteriis cum detrimento disciplinae, & observantiae Regularis valde onerosum existere, & propterea ipsi Exponentes, quo de cetero ejusmodi guberniorum alternationes prohibita, & interdicta remaneant praedictis Clementis Praedecessoris Literis hac in parte, itaut in alia, quae collationem Abbatiarum titularium benemeritis in eadem Congregatione faciendam concernit, in suo robore, & firmitate persistant, per nos derogari plurimum desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, & attenta relatione dilecti Filii nostri Joannis Baptistae praedictae S. R. E. Cardinalis Spinulae Nuncupat. ejusdem Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris super praemissis eisdem Cardinalibus facta, petita, derogationem primodictarum Literarum hujusmodi in ea parte dumtaxat, quae alternativam respicit, dicta auctoritate tenore praesentium concedimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.3. Decernentes ipsas praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari; sique in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam, Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quae in Literis praedictis concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique Locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XII. Aprilis MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CLXXXIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcopi, & Regularium de suffragio concedendo Superioribus cujuscumque Conventus Minorum de Observantia

Dat. 16 Junii 1713. An. 13.

in Provinciis Indiarum Occident: non obstante Constitutione Pauli V.

Idem concessum fuit Provinciis Floridae, & de Buenos Agres, necnon S. Antonini, & S. Crucis FF. Praedicatorum Constitutionibus editis 1707, Nov. 31, 1708, Jul. 20, & 1712, Jun. 10. Item quibusdam Provinciis FF. S. Augustini Constitutione edita 1713, Jun. 21, P. 13. Laudata Pauli Praedictae fuit 1611, Dec. 23. Et Constituta 1717 Jan. 25, P. 17 igitur de Visitatore pro Provincia Chilena.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Andreae de Quiles fratris expressae professi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Procuratoris Generalis in Curia Matritensi omnium Provinciarum Indiarum Occidentalium ejusdem Ordinis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, quod cum a longissimo tempore in pluribus Conventibus, & Domibus earumdem Provinciarum ob indorum paupertatem exiguus Religiosorum numerus sustentatus fuisset, dictique Religiosi in fractione illorum populorum pro conservanda Fide Catholica sedulam operam navassent, evenerat, prout de praesenti eveniebat, ut Religiosi hujusmodi in aliqua ex dictis Domibus tres, in altera duo, in alia vero unus tantum reperirentur, ac attento tam exiguo Religiosorum numero Guardiani, & Superiores earumdem Domorum impediti fuerint qui vota, sive suffragia in eorum Capitulis Provincialibus absque notorio scandalo ferre potuerint, in vim quarumdam literarum fel. rec. Pauli PP. V. Praedecessoris nostri die 23. Decembris 1611. expeditarum, per quas statuabatur, ut Conventus praedicti supprimi, eorum vero Religiosi ad alios Conventus commodiores transferri deberent, & alias, prout in praedictis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicebatur contineri. Et in eadem expositione subjuncto, quod memorati Pauli Praedecessoris literae executioni demandatae minime reperiebantur, sed solum allegabantur ad fovendas dissensiones, prout Venerabilis Frater modernus Archiepiscopus Sanctae Fidei in eisdem Indiis praedictae Congregationi Cardinalium retulerat, proindeque ut inter memoratos Religiosos mutua animo tranquillitas stabiliretur, eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut circa praemissa id quod alias ad favorem Provinciarum Floridae, & de Buenos Agres Fratrum ejusdem Ordinis, necnon Sancti Antonini novi Regni Granatae, & Sanctae Crucis Ordinis Fratrum Praedicatorum in eisdem Indiis die 21. Novembris 1707, & die 20. Julii 1708. necnon die 10. Junii anni proxime praeteriti rescriptum fuerat, nempe ut memoratis Pauli Praedecessoris literis minime obstantibus, etiam in reliquis supra dictis ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia Provinciis servari decerneretur. Emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris,

Ne Superiores parvorum Conventuum suffragia ferrent in Capitulis Provincialibus oblat Pauli V. Constitutio.

Causa praedictae Decreti.

Decretum Congregationis

Preces Procuratoris Provinciarum in Curia Matritensi

Confirmatio relati Decreti

Clausula

Dat. 21 Junii 1713. An. 13.

is, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem, hunc libellum remisit, audito P. Procuratore Generali Ordinis, referente Eminentissimo de Abdua, censuit, ac decrevit servandum solum, enunciato Brevis S. M. Pauli V., & aliis quibuscumque non obstantibus. Romae 16. Martii 1713. G. Cardinalis Carpineus. T. A. Nicenus Sec.

§.1. Cum autem, sicut dictus Andreas Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactus Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desideret: Nos ipsius Andreae votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjuicimus: salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis Cardinalium.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sique in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciarum, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Decembris sub Annulo Pisc. die XVI. Jun. MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CLXXXIV.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcopi, & Regularium de concedendo suffragio Superioribus cujuscumque Conventus Fratrum Eremitarum S. Augustini in quibusdam Provinciis Indiae

rum Occident: non obstante Constitutione Pauli V.

Simile Decretum pro Fratribus Minoribus de Observantia vide Constitutionem praecedentem. Constituta 1708, Aug. 14, P. 8 extat Decretum contra alternationem in Provincia B. M. V. de Gratia. Et Constituta 1720, Oct. 20, P. 20 augetur numerus Magistrorum in Provincia Peruviana.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Augustini Garciae de Galbes Fratris expressae professi Ordinis Eremitarum S. Augustini in Sacra Theologiae Magistri, ac Procuratoris Generalis Provinciarum B. Mariae de Gratia nuncupat. novi Regni Granaten. Peruvii, & Mexican. ejusdem Ordinis in Indiis Occidentalibus Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum exposito, quod licet in aliquo earumdem Provinciarum Conventibus, seu Domibus valde exiguus, nempe duorum, trium, seu quatuor Religiosorum numerus aleretur, ac etiam in nonnullis Domibus hujusmodi unus tantum Religiosus nomine Prioris habitaverit, & inhabitaret, nihilominus eidem Conventus omnibus illis prerogativis, quibus ceteri Conventus majores, & sufficienti eorumdem Religiosorum numero referri frui solebant, fruebantur, & inter alia, ut eorum Priores, seu Vicarii pro legitimis Superioribus semper habiti, ac voto sive suffragio in Capitulis Provincialibus potiti facerent ex eo quia praedictorum Religiosorum munus in instruendis in explicatione Catechismi Populis illarum partium, etique ad gratium Fidei Catholicae adducendis versabatur, eaque de causa satis longe se conferre cogebantur, nec eis ob tam considerabilem distantiam ad propriam Domum, nisi post plurimum mensium, vel etiam alicujus anni spatium redire licebat. Porro hoc minime obstante vigore quarumdam literarum fel. rec. Pauli PP. V. Praedecessoris nostri die 23. Decembris 1591. in simili forma Brevis desuper expeditarum praetendebatur Conventus hujusmodi, qui octo Religiosorum numerum sustentare nequiverant, supprimiti debere, si vero ad suppressionem hujusmodi venire minime posset, Religiosi ad alios Conventus, seu ad alias Domos Regulares transferendi essent, itaut in partibus Indiarum non reperiretur Monasterium, aut Regularis Domus, in quo, seu qua minor numerus octo Monachorum, seu Fratrum Regularem vitam duceret, & alias, prout in supra dictis Pauli Praedecessoris literis, quarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur. Et in eadem expositione subjuncto, quod praedictae Pauli Praedecessoris literae executioni nunquam demandatae fuerant, si vero executioni hujusmodi demandatae essent, diversa inordinationes, non sine maximo scandalo exinde essent oriturae, prout Venerabilis Frater modernus Archiepiscopus S. Fidei eidem Congregationi Cardinalium retulerat, eaque de causa memorati Pauli Praedecessoris literae, quarum executio

Ne Superiores parvorum Conventuum praedictae suffragium de more concederetur, veterabat Constitutio Pauli V.

Causa sequentis Decreti

arbitrio Archiepiscoporum, & Episcoporum tunc in eisdem partibus existentium commissa fuerat, hucusque ab eis ob premissa ejusmodi executioni demandate minime reperiebantur. Proindeque predicta Congregationi Cardinalium supplicato ut circa premissa nihil innovari, sed solum in dictis Provinciis non obstantibus prefatis Pauli Prædecessoris literis quemadmodum per eandem Congregationem Cardinalium Provincie Floridae, & de Buenos agros Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat. die 21. Novembris 1707., & die 21. Julii 1708. necnon die 10. Junii anni proxime præteriti Provincie S. Antonini novi Regni Granaten., & S. Crucis Ordinis Fratrum Prædicatorum in eisdem Indiis ad eorum favorem referri obtinuerunt, servari deberet, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum remisit, audito Patre Procuratore Generali Ordinis referente Eminentissimo de Abdua censuit, ac decrevit, servandum solum, non obstante enunciato Brevis S.M. Pauli V., & aliis quibuscumque. Romæ 16. Martii 1713. G. Cardinalis Carpinus F. A. Nicænus Sec.

Decretum Congregationis.

Preces Procuratoris Provinciarum.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Augustinus Garzias Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nos ipsius Augustini Garzias votis hac in re quantum cum Domino possimus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis tententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & deserviri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciarum, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum

quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum, tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis sub Annulo Piscatoris die XXI. Junii MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimo tertio.

CLXXXV.

Declaratur nullum Edictum nomine Ducis Sabaudie editum super censuris ab Episcopo Casalen. latis adversus Comitem Nemours, cum Decreto de firmitate, & observantia eandem censurarum.

Dat. 18. Julii 1713. An. 13.

Const. ed. 1710, Oct. 27, P. 10 declarata fuit nulla deputatio iudicis, & Oeconomii in Abbazia S. Benigni sub nomine Ducis Sabaudie. Const. ed. 1712 Dec. 3, P. 13 abrogatum fuit Edictum Reipub. Januæ. contra quamdam excommunicationem. Const. ed. 1713, Dec. 23, P. 14 declaratur nulla gesta a Monarchia Sicilia contra quamdam excommunicationem, & Interdictum. Et Const. ed. 1717, Oct. 20, P. 17 declaratur nullum Edictum potestatis secularis in Sabaudia, & Pedemontio contra Dominium S. Sedis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Non sine ingenti animi nostri moerore novissime accepimus, quod cum nuper, nempe mense Junio proxime elapso, Venerabilis Frater Petrus Secundus Episcopus Casalen. Divini honoris zelo ductus, palam excommunicaverit, seu in majorem excommunicationem incidisset, adeoque ab omnibus vitandum esse declaraverit Comitem Jacobum Nemours, eo quia ipse, dum solemnem supplicationem, seu Procello Sanctissimi Corporis Christi in Civitate Casalen. habebatur, non tam loci, ac temporis, quam reverentia Episcopali Dignitati debite immemor, & quod longe deterius est, ipsi quoque Sanctissimo Eucharistia Sacramento debite venerationis oblitus, excitationis inanibus, & importunis contentionibus, ejusdem supplicationis progressum abrupte ausus fuerat. Et quamvis a præiatis Petro Secundo Episcopo idem Sanctissimum Sacramentum deferente piis, paternisque vocibus admonitus, atque etiam rogatus, ut a proposito desisteret, obortamque in Populo, qui frequentissimus ad illam sacram functionem confluxerat, gravem offensionem, publicumque scandalum submoveret, ejusdem Præfatis auctoritatem in oculis omnium temere oppugnare, & quam illi præstare tenebatur, obedientiam pertinaciter detrectare non crubuerat: Secularis potestatis illarum partium Officiales, seu Administri, cæco abrepti consilio, ac eorum, quæ memoratus Antistes, ut Divinum honorem, simulque Episcopalem dignitatem tueretur, egerat, odio incitati, profanas manus ad Arcam Domini extendere, & Sanctissima Ecclesie Instituta, præscrip-

Causa pæd. censurarum latorum.

A seculari potestate prohiberi fuit sub poena mortis, & excommunicationis Comiter vitatorum.

scriptamque a Canonicis Sanctionibus disciplinam penitus subvertere, ac convellere minime veriti fuerunt. Licet enim satis perspectum omnibus sit Ecclesiasticis censuris innodatos, veluti aqua, & igne interdictos, ac tanquam putrida membra canonicæ severitatis gladio abscissa, ne totum corpus inficiant, pro veteri Ecclesie more, ab universis Christianis, sub poenis in Sacris Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus discrete prænitent, vitandos esse: nihilominus præfati Secularis potestatis Officiales, seu Administri, instante potissimum, ac urgente cognominato Rivalta ejusdem Secularis potestatis asserto Procuratore Fiscali, eo temeritatis, & audacie deventuræ, ut nomine, & auctoritate dilecti Filii Nobilis Viri Victorii Amedei Sabaudie Ducis, & Pedemontii Principis abutentes, Edicto typis edito, publice promulgato, non modo quibuscumque personis cujusvis status, gradus, & conditionis inhibuerint, ne dicti Jacobi Comitibus, sicut præmittitur, excommunicati, ac palam denunciati consuetudinem, atque commercium, ejusmodi excommunicationis ratione, vitare auderent, gravissimis, etiam mortis culibet, qui secus fecerit, indictis poenis: (qua plane horrenda comminatione Christianos earumdem partium in manifestum discrimen conjecit fuerunt, vel capitis poenam subeundi, ubi ejusmodi Edicto morem gerere detrectarent, vel fide æternæ salutis jacturam facerent, quatenus eandem Edicto obtemperando debitam Ecclesie mandatis obedientiam præstare renuerent.) Verum etiam scandala scandalis adjacentes, eundem Petrum Secundum Episcopum sub poena occupationis, seu reductionis honorum temporalium, tam scilicet illius patrimonialium, quam suæ mensæ Episcopali monuerint: ut ab inferenda ipsi Jacobo Comiti quacumque ulteriori molestia omnino abstineret, ac interim præjudicium illi per dictam excommunicationem, quam nullam, injustam, & præcipitanter promulgatam nuncuparunt, irrogatum opportune saniret; perinde ac si, ubi ipsa excommunicatio nulla, vel injusta foret, competentia Tribunalia Ecclesiastica non extarent, quæ de illius præsentia nullitate, vel injustitia recte, ac ordine cognoscere, legitimumque de ea iudicium ferre possent, & alias, prout uberius continetur in præfato Edicto, quod non alio quidem animo, quam ut clarius, & apertius dignosci ab omnibus possit, quam iustitiam exempli, quantique horrores, & scandali illud sit, præsentibus inferendum duximus, tenoris, qui sequitur, videlicet: *Vittorio Amedeo II. Per Grazia di Dio Duca di Savoia, e Monferrato, Principe di Piemonte, Re di Cipro &c. Ad ogni uno sia manifesto, che vista la Supplica sportata per parte del Procuratore Fiscale Generale nostro Rivalta, ed il tenor di quella ben considerato; Per le presenti, attesa l'evidente nullità, ingiustizia, e precipitazione della Scommunica preferta dal Vescovo di Casale in odio del Conte Giacomo Nemours. Abbiamo inibito, ed inibiamo a qualsivoglia Persona di qualunque stato, grado, e condizione, tanto Sudditi, che Forastieri, abitanti in essa Città di Casale, che qualunque altro luogo de' Stati nostri di evitare il commercio, e consorzio di detto Conte Nemours, sotto pretesto di tal scomunica, meno per tal causa molestarlo, nè molestiarlo in qualunque maniera sotto pene gravi, e gravissime, eziandio della morte: Ed in oltre abbiamo mosso, e*

Item præceptum fuit Episcopo, ut ab aliis actibus se abstineret, ac præjudicium excommunicatione nulla latum, recusat.

Decretum præd. in quo relata omnia demandantur.

moniamo detto Vescovo, ed Officiali della sua Curia di non solo astenersi da ogni, e qualunque ulterior molestia, ed aggravio verso detto Conte, ma ancora di dover indilatamente, ed in ogni miglior modo riparare l'ingiusta violenza, e trascorso di esso con la fulminata nulla, ingiusta, e precipitata scomunica, sotto pena della riduzione de' beni temporali del Vescovato, e suoi. Mandando le presenti registrarli, dichiarando l'esecuzione di queste da farsi in persona di alcuno di detti Officiali di detta sua Curia, o di alcuno de' suoi Domestici quanto al detto Vescovo, ed all'Albo Pretorio, e Luoghi soliti di detta Città, quanto ad ogni altro valere, ed alla copia stampata dal Stampatore nostro Prielli doverli prestar tanta fede, come al proprio Originale, che tal'è nostra mente. *Dato in Casale li 7. Luglio 1713. Per S. A. R. a relazione del Senato: Per rronus: In Casale, per Pietro Maria Prielli Stampatore Ducale: Con privilegio.*

§. 1. Cum autem notorii juris sit nulli Laicali Potestati fas esse decernere, seu edicere, quod Censuræ ab Episcopis promulgatæ, seu declaratæ, sub obtentu, quod nullæ, vel injuste sint, attendi non debeant, ac in his, quæ ad Ecclesiasticam Jurisdictionem pertinent, sæculi Magistratus obsequendi maneat necessitas, non auctoritas imperandi, adeoque præmissa in gravissimum Christianis scandalum tendant, animasque pretioso Salvatoris, & Domini nostri Jesu Christi Sanguine redemptas in maxima pericula adducere, & deplorandis malis, involvere possint; Hinc est, quod Nos, qui Jurium Ecclesiasticorum assertores in Terris a Domino constituti sumus, ac proinde tam graves Secularis Potestatis abusus dissimulare non possumus, libertatem, immunitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam a pernicioso ejusmodi conatibus illasam tueri, & conservare, necnon animarum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, omniumque, & singulorum, quæ in præmissis, seu eorum occasione, quovis modo acta, & gesta fuerunt, feriemus, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, necnon tam præfatorum, quam alterius cujuscumque Senatus, Magistratus, Judicis, Ministri, Officialis, Notarii, Scribæ, & aliarum, quarumvis personarum in eisdem præmissis quomodolibet culpabilium, qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliave quæcumque etiam specificam, ac individuum mentionem, & expressionem requirentia præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Edictum præinsertum, ac quæcumque in eo contenta cum omnibus, & singulis inde secutis; & forsitan quocumque secuturis, nulla, irrita, invalida, injusta, reprobata, damnata, inania, & a non habentibus potestatem temere, & damnabiliter attentata, ac de facto præsumpta, nulliusque roboris, & momenti, vel efficacia esse, & ab initio fuisse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec illa a quoquam observari posse, vel potuisse, adeoque neque ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere tenore præsentium declaramus. Et nihilominus ad majorem, & abundant-

Causa præsentis declarationis.

Declaratio nullitatis dicti, cum ejus damnatione.

torem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula, prout etiam quacumque alia premissorum occasione in prejudicium Libertatis, Immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticae quovis modo emanata, edita, acta, gesta, & perpetrata, cum omnibus pariter inde secutis, & quodcumque secuturis, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitibus, viribusque, & effectu penitus, ac omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

Decretum pro firmitate & observantia censurarum.

§.2. Præterea, tametsi perspecta Cleri, Populi que Casalenfis pietas, & Religio spem Nobis certam ingerat, fore ut memorati Edicti nullam hæcenus, ut par erat, rationem habuerint, eo que non attento a qualibet consuetudine, & commercio cum præfato Jacobo Comite, tanquam vere excommunicato, ac omnino vitando, penitus ultro abstinerint, & abstineant; nihilominus motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudinis paribus, eundem Jacobum Comitem, tanquam verum excommunicatum, vitandum ab omnibus utriusque sexus Christianis habendum esse, donec, & quousque absolutionis beneficium Christiana humilitate petierit, illudque ab habente legitimam ad id facultatem impetraverit, vel quatenus censuræ adversus eum promulgata nullæ, ac injustæ prætendantur, eas uti tales a competenti iudice Ecclesiastico declarari obtinuerit, cum antea ejusmodi declarationem pro validis, ac iustis ab omnibus haberi debeant, earumdem tenore præsentium decernimus, & similiter declaramus. Quocirca universis Presbyteris, & Clericis tam secularibus cujuscumque gradus, præminentia, & dignitatis fuerint, quam cujusvis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, etiam Jesu, regularibus in Divinis ministrantibus harum serie districte præcipimus, & mandamus, ut quatenus prædictus Jacobus Comes ad eorum Ecclesias, seu Oratoria accedere, ibique Divinis Officiis, aliisque sacris functionibus interesse præsumeret, cum eo ita se gerant, quemadmodum ex Sacrorum Canonum præscripto cum Excommunicatis publicè denunciatis agendum esse probe norunt, sub poenis ab ipsis Sacris Canonibus in eos, qui secus fecerint, constitutis.

Censuræ, & poenæ contra prædictos Violatores Ecclesiasticae libertatis.

§.3. Cæterum cum exploratum sit tam præfatum cognominatum Rivalta, qui præmissa ab eadem Sæculari Potestate edici, & ordinari petiit, ac inisset, ut præfertur, quam cognominatum Perronum, qui præinserto Edicto subscripsit, necnon Petrum Mariam Prielli Typographum, qui illud suis typis impressit, aliosque omnes, & singulos cujuscumque pariter status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis, quantumvis sublimis fuerint, qui eadem præmissa mandarunt, ac ordinarunt, seu illis consilium, auxilium, favorem, vel quamvis aliam damnabilem operam præstiterunt, aut in eorum sequelam, & executionem gesta approbarunt, & rata habuerunt, seu alias in eis quomodolibet culpabiles fuerunt, censuras omnes, & poenas Ecclesiasticas a Sacris Canonibus, Generalium Conciliorum Decretis, & Apostolicis Constitutionibus, ac præsertim literis die Cœnæ Domini singulis annis legi, & promulgari consuetis indi-

ctas eo ipso incurrisse: Noverint idcirco illi omnes, etiam specialissima mentione digni, a censuris, & poenis hujusmodi post debitam, ac condignam Ecclesiæ realiter, & cum effectu præstitam satisfactionem, nonnisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente (præterquam in mortis articulo constituti, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, atque cum reincidentia eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari posse, prout earumdem tenore præsentium pariter decernimus. Facultatem insuper quodcumque procedendi ad alia severiora remedia, quatenus prædicti Ecclesiastica libertatis Violatores in sua contumacia persistentes censuras, & poenas hujusmodi animo, quod absit, sustinerint indurato, Nobis, & eidem Apostolicæ Sedi expressè reservantes.

Clausula.

§.4. Ac decernentes pariter easdem præsentibus literas, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causeque, propter quas præsentibus emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostre, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuaque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quocumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse: sed ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfate Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel spe-

jorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Julii MDCCXIII. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CLXXXVI.

Dat. 2. Sept. 1713. An.

Confirmantur duo Decreta Congregationis Rituum super cultu immemorabili Servi Dei Liberati de Lauro Fratrum Minorum de Observantia:

Clem. X Const. ed. 1675, Jan. 25, P. 3 extat Beatificatio Servi Dei Francisci Solani. Et Ben. XIII Constit. ed. 1727, Jan. 27, P. 3 ejus Canonizatio.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Alia, & nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, emanarunt in Causa Servi Dei Liberati de Lauro, Sancti nuncupati, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ad supplicationem dilecti filii Lucii a Turricella Fratris expressè professi Provinciae Marchiæ d. Ordinis, Lectoris lubilati, & ejusmodi cause Postulatoris, duo Decreta tenoris sequentis videlicet: Camerinen. Servi Dei Liberati de Lauro Ordinis Minorum Sancti Francisci Sancti nuncupati. Demandata per Sacram Rituum Congregationem sub die 22. Jun. 1697. a motione Imaginum prædicti Servi Dei ab Altaribus, Ecclesiis, & Clausuris Conventuum prædicti Ordinis, in quibus depictus erat in lectulo decumbens, ad supplicationem Patris ejusdem Ordinis, allegantes cultum eidem Servo Dei intra, & extra præmemoratum Ordinem sic, & alias, atque multiformiter exhibitum extitisse, nedum per centum annos ante Decreta felic. rec. Urbani VIII. sed per quatuor, & ultra sæcula, ac proinde humiliter insistere pro manutentione prædicti Servi Dei in eodem cultu absque ulla innovatione, quæ læderet possessionem, in qua pacifice erat a præmemorato immemorabili, ac legitimo tempore: Unde Sacra eadem Congregatio præfixo, & pluries prorogato eidem Ordini tempore ad probandam eandem immemorabilem possessionem, sub poena remotionis cujuscumque cultus eidem Servo Dei quomodolibet præstiti, in se ejusdem Cause cognitionem benignissime suscepit. Quamobrem allato ad ipsam, per Religiosos ejusdem Ordinis, & Provinciae Marchiæ (in qua adest Conventus cum Ecclesia sub titulo Sancti Liberati, ubi, ut a Reverendis Episcopo Camerinen. asseritur, ipsius, ac Beatorum Humilis, & Pacifici ossa requiescunt) authentico Processu, una cum sententia super præmissis cultu auctoritate ejusdem Episcopi Camerinen. Ordinarii Loci dicti Conventus, rite prolata: Necnon institutio super præmissis omnibus iudicio, & prætendentibus subinde Postulatoribus non esse necessariam in casibus similibus propulsiois contrarietatum Commissionem manu-

Decretum præsum 1700. quo definitum fuit, Causam indigere Signatura Commissionis.

specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, Institutum, & Societatum, etiam Jesu, ac quorumvis Monasteriorum, Conventuum, Ecclesiarum, locorum piorum, aliosve quibusvis, etiam juramento, confirmatione, Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, ac Monasteriis, Conventibus, Ecclesiis, & locis piis prædictis, illorumque respective Superioribus, aliosve quibuslibet personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis a Sede prædicta ex quacumque causa, etiam per viam contractus, & remunerationis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, seu ad quorumcumque personarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel ecclesiastica Dignitate fulgentium instantiam, aut earum contemplationem, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam continentibus, quod excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Privilegiis, & Indultis hujusmodi mentionem. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Ut autem eadem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sique publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & asficere, ac si unicuique eorum nominatim; & personaliter intimatæ fuissent; Utque ipsarum literarum trasumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-